

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

VIR SVM
MARCV
EPISTOLA
AD
VIRVM
SVMME VENERABILEM, ATQVE MAGNIFICVM
**PHILIPPVM LUDOVICVM
BOEHMER**

S. THEOLOGIAE DOCTOREM, POTENTISSIMO
MAGNAE BRITANNIAE REGI A CONSILIIS
SACRIS, ECCLESiarVM CALENBERGICA
RVM SVPERATTENDENTEM GENERALEM
ATQVE COLLEGII SACRATI, QVOD FLO
RET WVNSTORPII, SENIORI GRAVISSIMO
ILFELDAM AD IMMITTENDVM DIVINIS AVSPICIIS NO
VVM MAGISTRVM HVIVS INCLITI PAEDAGOGII
PIA INTER OMINA, ATQVE DEMISSISSIMA VOTA
PRO MAGNI PRAESVLIS FELICITATIS

PERENNITATE

PERSCRIPTA

AB

ALVMNIS
ILFELDENSI FRVENTIBVS HOSPITIO

AK

PHILIPPIA PADOVACUM

MECEMNE ALTAZI MAGNITIUSCUM
SARUMME VIBRATA MAGNITIUSCUM

NETATI VIBRATA MAGNITIUSCUM

SARUMME VIBRATA MAGNITIUSCUM

BOEHMIER

THEOLOGIAE DOCTORIS LOTINTISSIMO

WAGNE BRITANNIE REGI A CONSILIS

SACRIS ECCLIESIARUM CATHINFERICCI

RUM SALTERANTEM GENERALI

ALAE COLLEGI SACRAI QAD HO

RET MANSORIPI SENIORI GRAVASSIMO

NETELDAM AD MITTENTENDA DIVINIS ASPICTIS NO

AVM MAGISTERIA HUIUS MUNDI TYPAGOCCHI

BY INTER OMNI ALIA DEMISSIMA ADVA

TRO MAGNI PRESENTIS HISTORIAS

PERENNITATE AT, QD INGENIUS

EXCELVITATI, QD IN GENIUS

ALAMINIS

LIPLDENI RYANTRAS HOSPITO

VIR SVMME VENERABILIS , MAGNIFICEQVE
MAECENAS , ATQVE PATRONE DEMISSO
PIETATIS ET OBSEQVII CVLTIV
PROSEQENDE,

SIMVL ac laetissimus , quem vñquam exstisſe recordarum , ad nos pertinet nuntius , qui TE , VIR MAGNIFICE ; ad hocce athenaeum deuenturum , iterque breui suscepturnum non dubie confirmabat ; anxia ea mentem agitauit cura , qua tandem ratiōne gratissimum TIBI pro beneficiis , quae in nos plus simplici vice , et hocce , intemeratis dicatum mentibus , sacrarium , per plurium annorum spatia , contulisti , testificari animum ; quibus verbis gratulabundi tantum PATRONVM nostrum excipere ; et quomodo publicum , vt exstet pietatis nostraræ , atque obseruantæ addiclae monumentum , ac indubitatum signum , adlaborere possemus . Hoc tandem celere ; atque intempestiuum forsitan , cepimus consilium , epistola quadam , quam in praesenti ad TE damus , sanctiori stimulati officii religione , qua dicari TMI sumus , nostrum tueri munus gratulationis ; quam licet non limatior , vii debebat , prodebat , atque culcior , non plane despicies , sed serena , qua et tenuia respicere soles , fronte accipies .

Im.



Impensis enim si TE , MVSAGETA NOSTER COMMVNIS , dilau-
dare ; si benevolentiam TVAM , qua omnes , qui ad haec sacra , et
illos limpidos fontes admissi sunt , neque , vt canes e Nilo , bibunt ,
et fugiunt , complectaris , ad caelum verissimis gestiremus tollere
laudibus ; si voluntatis inclinationem , qua in studiis melioribus
aetatis florem impendentes , propendes , praedicatione , litteris ,
monumentisque decorare animum induceremus ; humanis viribus
longe grauius sustinemeremus onus , eorumque omnium exitum mi-
nus inuenientes , deponere suscepit onus , propter infinitatem ha-
beremus necesse . Misum igitur faciemus , quod non minus TV , quam
FRATER TVVS , CHRISTOPHORVS , REVERENDISSIMVS ABEAS
LOCVMENSIS ; vir ad decus , ornamentumque non minus sanctio-
ris doctrinae , quam literaturae politioris diuinitus datus , cuius
memoriam excipient omnes anni consequentes , Iuliae augustae
academiae , musarum sacratissimo templo , ad quod lectissimae ,
generosissimaeque templer iuuentutis flos frequens confluit , ma-
ximum splendorem , TIBI IPSI gloriam aeternam pepereris . Non
sigillatim in praefenti exponemus , quantam lucem diuino , cui ob-
luctari nefas , Göttingam , vrhem peruerstam , ad honorificam
generalis superattendentis ornandam spartam , denocatus , gy-
mnasio , quod ibidem floret celebratissimo , magnis semper no-
minibus illustrato , moderatoribus scilicet , et doctoribus persapi-
entibus , inuexeris lucem ; quam enixe operam dederis , vt nouos
auctus , noua in dies capesseret ornamenta ; laetiora concate-
natis illam laboribus grauem in scholis vitam degentibus ut decer-
nerentur salario ; vt ex ruinis , et parietinis in quibus ferme jacebant
magistrorum aedes , vetustate consumatae , tvs auspiciis plenide
lucifitarentur ,

Verum illud silentio praeterire nefas fore , quanta semper in id ,
MAECENAS INCOMPARABILIS , incubueris cura , vt hocce inclitum
coenobiale prytaneum , in quo propter temporum quandam iniuri-
am , studia silere ferme occooperant ; rursus reuinisceret , et in antiquum
splendorem , pristinamque gloriam , quam Neandri , venerandae
aeternum viri memoriae , adquisiperat temporibus , emerget .
Hoc vt eo commodius efficeres , tres simul omnibus ingenuis artibus ,
quae in magistro desiderari possunt perfideli , instructos , et perpo-
litos ab academiis ; postquam commissae haec TIBI partes ab ILLV-
STRI ADMINISTRATORE ; deuocasti , quos peruerteri huic literarum ,
mu-

musarumque domicilio , ac bonae mentis nobili sacrario præf-
ceres , qui ingeniosam fidei eorum committendam pubem , omni-
bus artibus , quibus ea aetas imbuvi debet , atque libero , ac ingenuo ho-
mine dignis , inficerent , præformarentque . In his , propter multi-
taria , et inusitata in phrontisterium nostrum promerita , decus , at-
que ornamentum Ilfeldense omnino nuncupandus , primum ob-
tituit locum , CELEBERRIMVS VIR GE. NICOLAUS KRIEGK ,
qui rectoris munia obiret . Hic cum per plura annorum spacia
tantam sibi in dicendo vim , atque exercitationem parasset , vt non
præstabilis solum exemplo , sed etiam doctrina , atque eruditione ;
ad quam multis quoque viam præmunibat ; plures antecellens
artium magister Salanam posset ornare academiam , omnium-
que oculos , et admirationem in se converteret ; subito SUPERIORVM
animis interiore quasi nutu in eum ducitis , rite electus , felicibusque
omnibus gymnasii rector renunciatus est , anno vertente millesimo
septingentesimo septimo . Quanta dexteritate hic provinciam
illam administraverit , testari poterunt perplures , qui ex hoc semi-
nario , et ex eius ludo compluries , tamquam ex equo Troiano , pro-
uenerunt , atque onusti optimis praedis , vt loquitur ille , ad acade-
mias transierunt , bonaे mentis alumni , qui præclare hic illic
de communiegregio promerentur . Sed huic bono iuidit fortuna ,
atque ex transuerso incurrens tristissimum nobis ob oculos poluit ad-
spectum , quem , quo notior est cuique , eo magis racemos , ne , dum
calamitosorum , atque lamentantium dolor , luctusque ex parte le-
uandus , vulnus recens refricetur . Interim , quoad honos constabit
litteris , huius viri memoriam nulla obliterabit , aut delebit ob-
liuio .

Ita scena nostræ officinae litterariae iam ante annum , et quod excus-
rit demutata , statim de salute nostra , incolumente cogitare ,
atque huic salubriter propicere coepisti , PATRONE , prosperitat-
is nostræ , floris , et incrementi desideratissime . Constituendus
erat , qui partes laudati magistri , misere decumbentis , et grabatulo
proflus adfixi , cuius nomen semper cum caritate usurpabimus .
in se susciperet , nec non qui adaeque iuuenturis curam gereret .
quippe de recuperanda rectoris optimi sanitate omnino dubitaba-
tur . Deuolutum itaque onus in humeros noni prorectoris ,
IO. HENRICI STVSS , præsertim qui per plures an-
nos huic loco iam præfuit laudatissime , atque generosæ mentis

pe.

pectoribus, temporum propogini, ad variam eruditionem viam
praeiuit, iam hanc vacuefactam pronunciari, alii, digneque ut traderes vi-
to, inter ceteras grauissimi momenti curas, MAECENAS INDVLGEN-
TISSIME, fuisse sollicitus. Hoc ex plurimorum prouentu, munitum,
haud fucatis testimonis, atque commendationibus, ex merito di-
spexisti VIRVM CLARISSIMVM, ATQVE DOCTISSIMVM IO. MARTI-
NUM RIEDEL, scholae, quae Peinae est, per duos annos re-
ctorem fidelissimum. Talem enim hunc semper fuisse constat, ut
nullo modo eius virtutem fatorum acerbitates imminuere potuerint,
atque dotes, quas in eius pectore collocauit caeli benignitas, sed
sibi moribus gradum ad maiora struxit.

Ad hunc ergo locum, quo nullus TIBI, STVDIORVM NO-
STRORVM PARENTS EXOPTATISSIME, dulcior est, qui que sem-
per in medullis haerer, adulta hieme, atque tempestate parum a-
mōena, et ad hanc Herciniae portam, veterum poetarum carni-
nibus inclitam, iter difficile atque molestum instituere non dubirasti.
Quae cum ita sint, huic nostrae adfertionis quisque non stultissimus
subscribet, quod nullum SVMME VENERABILIS ADMINISTRATOR NO-
STER, IVSTVS CHRISTOPHORVS REICHE, augustissimi magnae
Britanniae regis, parris patriae clementissimi, consiliarius iustitiae in-
timus, prouida cuius cura etiam in remorissimis locis, inter grauissima,
quae sustinet explicant, negotia, coenobij huius, quod vbiue in
meliora, magnificentioraque exurgit, commodis, atque ornamen-
tis inuigilar, diligentius saluti nostrae prospicientelem eligere potu-
erit.

Nullum idcirco esse probe scimus, qui non peruideat, TVORVM me-
ritorum in dies fieri accessiones; nullum non e nostro grege agni-
turum ea magis magisque, ac praedicaturum recipimus. Ea
propter sempiternae beneficia, TVA commendare gloriae gestimus;
praecoptamus grates TIBI ex intimo pectore perloluere humillimas;
cessabimus numquam pro TVA, TVORVM QV E incolumitate o-
mnigena, arque inconcussae valetudinis prosperitate Deo praepoten-
ti supplices esse. Sed ex quo penu tantis beneficiis, quae vbiuis
persentiscimus, sed enarrare digne sermone nequimus, de promatus
verba? qua ratione TVA TIBI reddere possimus, qui TIBI, sia Deo
dis.

discedimus, omnia, quae in nos protecta sunt, accepta referimus? TE enim apud SVMME VENERABILEM ADMINISTRATOREM causiam nostram perorante, nihil nobis deest, quidquid honeste expetere possumus. Attamen, cum ceteris cunctis pietatis officiis parés esse minus possimus, hoc vno in nostra potestate posito gaudemus; quod scilicet animis confidere liceat benignissimo Numini defecatis, confore, ut preces ardentissimae, impensisimaequae, quibus illud cordide fatigamus, neutquam intructuofae sint, sed cumulatissime nobis concedentur.

Tandem TE, PATRONE MITISSIME, rogamus, et obtestamur, ut a morem TVVM, atque affectum, quo hunc locum, et ad praecleara queuis in illo enientes, studiisque, quae ab humanitate nomen accepere suum, operam haud tumultuarie navantes dignaris, non demutari, neque extingui patiare. Vale ita, VIR EXCELLENTISSIME, quem tacita temper mente venerabimur. Felix

huc iter ingressus es, felicior domum redeas, felicissime rebus humanis per multos adhuc annos interfis, donec omnibus omnino, qui ex TE pendent, abunde satisficeris. Hanc TIBI comprecamur faustae fortis perennitatem.

In illustri paedagogio Ilfeldensi, ad fauces celebratae Herciniaē sito, pridie calendas Martias. C I O I C C X X I I I .

NOMINA ALVMNORVM, QVI VIRTVTI, ET MELLORIBVS LITTERARVM STUDIIS OPERANTVR
IN PERCELEBRATO PHRONTISTERIO
ILFELDENSI.

Julius Augustus Vieth, Hannoveranus,
Gustavus Michael Proesel, Stolbergenfis,
Ioannes Carolus Schlüter, Hannoveranus,
Franciscus Sebastian Rischke, Berolinensis.
Ioannes Henricus Meyer, Celleruedensis Cheruscus.
Henricus Fridericus Balck, Hannoveranus,
Georgius Fridericus de Bellings, nobilis Honnoveranus,
Joachimus Ludovicus Danckvverts, Luneburgensis.
Gotthold Ludovicus Antonius Hempel, Schwatzburgensis.
Arnoldus Ioannes Fridericus Harding, Hamelensis Hannoveranus,
Ioannes Ericus Block, Hannoveranus Nordheimensis,
Ioannes Fridericus Dette, Wernigerodanus,

Ioannes Christophorus Müller, Francofusa Thuringus,
Ioannes Christianus Honack, wernigerodanus.
Fridericus Wilhelmus Due, Hannoveranus.
Philippus Gottlieb Aurbach, Langensalza Thuringus.
Ioannes Ludovicus Engelbrecht, Hannoveranus.
Henricus Antonius Grimm, Elisenfis.
Carolus Christianus Ernestus Stambke, Hannoveranus.
Christianus Gottlieb Proesel, Stolbergensis.
Georgius Ludovicus Struve, Lugduno Batavus.
Augustus Stockmann, thuringus.
Augustus Fridericus Lohmann, Hannoveranus.
Fridericus Iacobus Op den acker, Altenauensis Cheruscus.
Ioannes David Fischer, Thuringus.
Ioannes Christophorus Heise, Hannoveranus.
Ioannes Christophorus Wagner, Helmstediensis.
Christophorus Gottlob Dannhauer, Hannoveranus.
Antonius Ludovicus Christophorus Henricus Bock de Wülfingen, nobilis
Hannoveranus.
Gottlob Henricus Muller, Megafurensis Saxo.
Daniel Fridericus Caulier, Hannoveranus.
Fridericus Michael Riedel, Nordhusanus.
Ernestus Ludovicus Christianus Pfleger, Brandenburgicus.
Ernestus Ferdinandus Philippus Liebevoll Bock de VVulfingen, nobilis Han-
noveranus.
Carolus Christophorus VValrathus Hempel, Schwartzburgensis.
Ioannes Basilius Lohmann, Hannoveranus.
Ioannes Gottlieb Dette, VVernigerodanus.
Ioannes Rudolphus Grauel, Hannoveranus.

IN PERGELERA TO BRONNSTEERIO

I

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



gb.

KOT

Ratio




EPISTOLA
AD
VIRVM
SVMM VENERABILEM, ATQVE MAGNIFICVM
PHILIPPVM LVDOVICVM
BOEHMER

THEOLOGAE DOCTOREM, POTENTISSIMO
 IAE REGI A CONSILIIS
 ARVM CALENBERGICA
 DENTEM GENERALEM
 SACRATI, QVOD FLO
 SENIORI GRAVISSIMO
 NDVM DIVINIS AVSPICIIIS NO
 VIVS INCLITI PAEDAGOGII
 ATQVE DEMISSISSIMA VOTA
 AESVLIS FELICITATIS
 NNITATE
 SCRIPTA
 AB
 VMNIS
 VENTIBVS HOSPITIO

Farbkarte #13

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



B.I.G.

AK